

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Liber de triplici regione claustralium et spirituali exercitio monachorum - Cod. Lichtenthal 135

Trithemius, Johannes

[Hirsau ?], [06.08.1498 Inkunabel; Handschrift Anfang 16. Jh.]

Liber de triplici regione claustralium et spirituali exercitio monachorum
[Forts.]

[urn:nbn:de:bsz:31-40561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-40561)

meditacionibus insiste. Cogita feditate peccati. qm̄ a deo
separat: et auersum nō penitente in eternū damnat. Cura
igit̄ voluntatē tuā firmissimo proposito ad deū oīno cōuer
tere: et peccati cōtagiū p̄ viribus oīni tpe vitare.

De refectione regulari.

Quam vero signū ad **¶** Consideratio. v.
refectionē pulsatur. infirmis. egenis. et paupe
ribus necessitatē patientibus ex affectu cōpa
tere: et p̄ eis cū aliud nō possis dñm deprecare.

Cogita multos inter christianos esse te longe meliores
quos dura paupertas in hac vita opprimat. quibus nec ci
bus ad victū necessarius bachora porrigitur: nec vestes
saltē tenuissime ad amictū corporis ministrantur. Tu autē
monachus cū sis cōtempzor seculi. optimis indutus ven
stibus. tanq̄ princeps ad mensam recides: cibus tibi ad
satietatē p̄ fratres te meliores apponit: oīnia vsq̄ ad nau
seam tibi indigno peccatorū p̄ dei seruos necessaria mi
nistratur. Cogita igit̄ quē hec opulencia rerū in mona
cho habitura sit exitū: qm̄ q̄ p̄ ingressum religionis pau
peratē p̄fessus es: nūc in religione splendidius seculi di
uitibus epularis. Cura igitur vt tantis beneficijs de inō
sis ingratus: viue secundū regulā quā p̄fessus es: oza p̄
cōferentibus monasterio tuo substantiā tēporalē: vt illis
deus oīmpotens vitā misericorditer tribuat eternā.

De delectione mensali.

Residens autem ad mensam. inter edendum esto
compositus: noli hincinde respicere: sed stude ci
bum tibi a p̄positū ad necessitatem nature duma
taxat cum humilitate et gratiarum actione manducare.
Quid legatur ad mensam diligenter considera: vt quē
admodū corpus suo cibo reficitur: ita et anima sua reo
fectione minime defraudetur. Disce mentem tuam inter
edendum ad celestia frequenter erigere: et per verbū sa
L iij

cre lectionis quod nobis masticantibus nunquam deest. di-
uina compunctione temetipsum dulciter inflammaré. Quis
enim et internus dei cultor. quoties de amaritudine diuine
passionis. de seruore diuini amoris. vel de regno patrie
celestis. etiam inter epulas legi aliquid audierit: statim ex ni-
mio desiderio ingemiscit: affectus in amoris ardore suc-
cendit: nimia dulcedie compulsus homo lachrymas. Enimvero
mens que dominum iesum veraciter diligit: mox ut nomen eius
audierit vel imaginem crucifixi aspexerit in compunctione re-
soluitur: et per affectum ad pedes vel amplexus illi eleuatur.

Ad gratias.

Quoniam completa refectione age gratias domino: et deum sub
psalmo vadis ad ecclesiam: mentem tuam sursum diri-
ge: per benefactorum viuorum et defunctorum intercede. Si post
gratias aliquam singularem orationem per defunctos addideris:
benefacis.

De lectione regulari.

Rediens de refectorio ad cellam si non sit dies ieiunij
consuetudinem orandi profice: deinde bonum aliquid ad
edificationem lege: meditare. vel opus quod tibi iniunctum est
fac aut scribe. Si autem dies ieiunij fuerit. assumpto volu-
mine studij tui locum lectionis regularis ingredere: sedens
cum alijs quod uolueris sub silentio lege. Cum vero ad dicen-
dum aliquid bonum interrogatus a presidente fueris: pauca et
utilia sine curiosis allegationibus humiliter respondebis.
Non utaris pluro sermone. nec secularium vanas curiosita-
tes in medium proferas: circumsidentes fratres tuos aut recto-
res tuis sermonibus non inuoluas: sed mentis tue conceptum
paucis simpliciter exprime: nisi forte presidentem ex certa con-
sideratione te iusserit sermonem facere longiorem.

Exercitium monachi post pran-
dium usque ad
vesperas.

Consideratio. vi.

Post lectionē ad cellā reuerſas operib⁹ tuis ſemp
aliquā orationē debes p̄mittere: et in om̄ib⁹ que
facis dei auxiliū poſtulare. **A**piſtēs autē in cella
nō ſis ocioſus: ſed ſp̄ aliqd̄ boni facito: maxime qđ obe-
dientia iniūxerit abbatis. **N**ūc ora. nūc ſcribe: lege aliqd̄
boni aut meditare: qm̄ cella monachū octoſum aut beſtiā
facit aut demonē. **S**ed de his ſuo loco in ſequētib⁹ la-
tius dicemus. **C**ura vt tempus expendas vtiliter: qm̄ de
om̄ib⁹ deo rationē in breui es redditurus.

De incolatu celle et operibus in ea faciendis.

Bria ſunt loca in quoz aliquo monachus deuo-
tus et deū amans frequētius debet inueniri. **I**n
eccleſia videlicet. in cella: et ſuo tpe in refectorio.
Magari autē p̄ cenobiū nō p̄mittit: qđ de malis et repro-
bis et girouagis ſcriptū eſt. **I**n circuitu impij ambulāt.
De viro autē iuſto dicit ieremias. **S**onū eſt viro cū por-
tauerit iugū dñi ab adoleſcentia ſua: ſedebit ſolitarus et
tacebit: qđ leuauit ſe. ſup̄ ſe. **Q**uiq̄ autē ſunt opa celle p̄ci-
pua: primū eſt iuſſis intēdere: ſecundū eſt vtiliter legere:
terciū eſt meditaōni oportune inſiſtere: quartū eſt frequē-
ter orare: quintū decēter quieteſcere. **D**e his p̄ ordinē breui-
ter dicam. **I**n cella primo debes iuſſis
intendere.

Primo quidem exiſtens in celle habitaculo diſce
iuſſis intendere: et tuas deuotiones octoſas obe-
dientie nō p̄ferre. **D**icit enī ſcriptura. **M**elior eſt
obediētia q̄ ſtuloꝝ victimē: et auſcultare magis q̄ offer-
re adipem. **I**gitur ſi tibi in cella aliqd̄ ad operandū in-
iūctum fuerit noli ſemitas obedientie qualibet occaſio-
ne transgredi: ſed ſtude opus tibi impoſitū p̄pter amorē
dñi noſtri ieſu chriſti et meritū ſanc̄te obedientie diligen-
ter operari. **D**inc quietis amator hugo dicit. **L**ibenter
eſto in cella: et ſemp̄ age aliquid in ea qđ edificet te et a
maiore iniūgitur: reputās q̄ tui iuris nō ſit eā exire ſine

licentia. p̄ter nature necessitatē. Dabes et de hoc sanctis/
sini patris nostri benedicti. p̄hibitionē in regula: qui tibi
egressum et discursum interdicit sine licentia.

¶ Secūdo in cella debet ^{utiliter} legere.

Maxime decet monachum in cella existentē semp̄
aliquid boni legere: et se utiliter in omnibus occu-
pare. Lectio enī sacra tentationes diaboli supe-
rat: carnis incendia sedat: mundū facit cōtēnere: ad ces-
lestia mentē eleuare. Veraciter enī dixit diuine scripture
amator: hieronymus. Ama scientiā scripturarū: et car-
nis vicia nō amabis. Nō sunt monachis omnia legenda
omnibus: qm̄ q̄ adhuc infirmus est aīo: nō nisi doctrinis
simplicibus est imbuendus. Et hugo ait ad monachū
simplicitatis amanti. Nō legas ad hoc vt doctior habeas
ris: neq; curiositates legas que nō edificāt: qm̄ vana les-
ctio vanas cogitacōnes generat: et mentis extinguit deu-
otionē. Legēda sunt igī simplicioribus monachis sim-
plicia nō alta: deuota nō curiosa: quaten⁹ qui p̄pter inge-
nī tarditatē nō sunt in altioribus docti: in vanis nō fiāt
dissoluti. Qui autē fortiores sunt aīo cōuenientia eis stu-
dia nō interdīmus: qm̄ oīa munda sunt mūdis: nihilq;
nocet lectū veraciter deuotis. Verū tamen nemo sibi vsur-
pet fortitudinē animi quā nō habet: sed in discretione ab-
batis ponit: q̄s ad libertatē lectionis idone⁹ esse videat.

¶ Tercio in cella medi-

tationibus oportune debes insistere.

Quemadmodū flos de radice orit: sic ex lectione
meditatio generatur. Si lectio vana fuerit: etiā
meditatio infructuosa et inutilis erit. Fructus enī
lectionis meditatio est: et meditationis genimen oratio.
Cura igī sanctis meditacōnibus oportune insistere: vt
discas etiā aliquādo mentē p̄ feruorē diuini amoris in cō-
templationē eleuare. Deniq; meditatio ip̄a mentē eleuat:

et lectionis studium memorie comendat.

Quarto debes in cella frequenter orare.

Monet nos sanctus apostolus orationi sine intermissione insistere: quia sicut nobis necessarius est semper habitus ad vitam carnis: sic omnino necessaria est continua oratio ad sanitatem mentis. Nam sicut lectionibus ad bonum instrumur: ita orationibus a malo liberamur. Dicit enim in sancto evangelio dominus. Orate: ut non intretis in tentationem. Oratio namque mentem esurientem reficit: carnalis concupiscentie incendium extinguit: mores instruit: demones repellit. Si vis semper esse cum deo: semper ora. Sit autem oratio tua pura simplex et munda: sit profer uocem amoris ad deum fusa: et non esse non poterit in fructuosa.

Quinto debes in cella decenter quiescere.

Oprime quiescit: qui nihil mali committit. Bene quiescit: qui omnes mundi occupationes pretermit. Esto quietus in cella ut nulla hincinde cogitatione vageris: esto mente purus atque tranquillus: ut sapientiam consequi merearis. Dicit enim sanctus in carmine prosper. Tranquilla et vacua curis sapientia mentem. Imbuat et placidi pectoris hospes erit. Et iterum dicit. Scrutari legem possunt utcumque quieti. Si mundi a strepitu libera corda vacent. Ut mens ergo pijs studiis intenta iuuet. Iurgia diuinus carnea vincat amor. Consiste igitur in cella quietus: et poteris veritatem amando cognoscere. Mens enim tranquilla et diuine sapientie capax esse non poterit: quando corpus inquietum existit. Hinc hugo dicit. In dormitorio esto quietus: ne alius pro te inquietet. Vigilans autem siue dormire cupiens semper occurrat tibi memoria bonitatis dei cum gratiarum actione: quoniam ipse super nos semper vigilat: quatenus nos sibi humiliter seruientes ab omni malo custodiat. Quum pergis ad stratam tuam prius aliquid

de deo cogitando vel meditando debes p̄mittere: quate-
nus in cogitacōibus sanctis suauiter valeas obdormi-
re. Quales enī vigilātis occupacōnes fuerint: talis et dor-
mientis erit requies: talia et somnia erūt. Mens nāq; di-
uino feruens amore nec dormiens nec vigilans amaro-
ris sui obliuisci poterit: quēadmodū sponsa in cāctis dī-
cit. Ego dormio: et cor meū vigilat.

Ad vesp̄as. Cōsideratio. vij.

Adito primo signo ad vesp̄as et dicto ex mo-
re sit nomen dñi benedictū. cū ceteris p̄mitti
solicis: occupatis in negocijs secularibus cō-
patere: et qđ ab illis liberū esse voluit te ad ser-
uendū sibi om̄ipotens deus gratias age. Deinde recollī-
gere te ad interiora. vel meditari de passione dñi aliqd po-
teris: donec insonāte secūdo ad chorū vadis. Neō nāq;
iudicio nulla incipientiū p̄ficientiūq; ad cōpunctionē et
mētis deuotionē meditatio melior est: q̄ illa que ex passio-
ne dñi n̄i iesu christi p̄ignitos affectus sumit exordiu.

Ad vigilias mortuorū.

Ab impulsu vigilarū post vesp̄as horam de
sancta cruce poteris p̄soluere: et postea de immē-
sa charitate dei qua diligit fideles aīas aliqd cogi-
tare. Deinde quantū poteris cogita in quā magna sine
desolatione sancte ille aīe in purgatorio cōstituit: q̄ ma-
gnus sit dolor spiritui a corpe sep̄ato et ad centrū sui prin-
cipij redire cupienti. vultū sui cōditoris non posse p̄ amio-
cam frutionē cernere: sed cogi in penis et cruciatibus sibi
grauissimis expectare. Tāta enī est aīe separate in penis
cōstitute et ad deū venire cupientis desolatio. tristitia et
meror: vt nullū tormentorū genus in hoc mundo nobis
cognitū eius mesticie possit cōparari. Non est n̄ro more
cōparatio corporalis mesticie et desolationis ad statū spūs
sep̄ati: et in dilacōne reuersionis ad suū principiū cōstitut.

Quantū ergo potes desolationi fidelū animarū in purgatorij carcere gementiū compatere: et sedulas pro eis ad dñm orationes funde. Nam etsi p̄ iusticiam suā omnipotens ac misericors pater illas a regno differat: inestimabili tamen eas charitate amat. Quicquid ergo p̄ eis orando nūc boni feceris: gratū omnipotenti deo sacrificium impendis. Et tu cū illuc veneris multiplicatū recipies: quicquid hic in charitate pro illis fecisti. Dicit enim scriptura. Sanctū et salubre est pro defunctis exorare vt a peccatis soluantur

Transiens p̄ cimiteriū.

vel ambitum. **O**ra pro defunctis.

Transiens vero p̄ cimiteriū. ambitū. vel aliū locū sepulture mortuorū: nō obliuiscaris fratrum tuorū et omnium fidelium defunctorū: sed charitate motus illis compatere: et eis apud dñm tali vel simili modo studeas subuenire.

Oratio

Alete fideles anime: in sancta pace requiescite. Qui vos redemit suo precioso sanguine dignetur vos a penis liberare: et ad eterna gaudia p̄ducere: vbi gaudeatis et exultetis in eternū benedicite.

Alia

Benedicat vos deus pater qui vos creauit. Benedicat vos iesus christus qui vos suo preciosissimo sanguine redemit. Benedicat vos spiritus sanctus. qui sua pietate et munere ab eterna damnatione vos preseruauit. Amen.

Sepius lege sequētē orationē

Obesecro te dulcissime domine iesu fili dei viui p̄ dolorem vulnerū tuorū: et per sanctissimi sanguinis tui effusionem: ac innocentissime mortis tue virtutem: miserere animabus omnium fidelium defunctorū in penis purgatorij existentibus. et da eis mansionem lucis eterne cū omnibus sanctis tuis.

Post vesp̄as vsq; ad cōple-
torium. // Consideratio. viij.

Post vesp̄as seu vigilias mortuoz ad cellam tuā cū oracōibus et inclinacōibus cōsuetis reuertere: ibiq; flexis genibus gratias cōseruatori tuo misericordissimo redde: qm̄ te nō solū a seculi vanitatib; clemēter eripuit: sed etiā a multis malis et periculis in ordine custodiuit. Deinde recogita quāta bona corpalia et spūalia pius tibi pater nihil merenti exhibuit: et qd̄ maximū est tibi fideliter in ip̄ius amore p̄seruanti seipm̄ in premiū p̄misit. **E**sto gratus et semp in oratione vigilās: vt in amore dei dulciter ardeas.

Acto autē signo ad cenā ad occur. **A**d cenā. **R**endū te humiliter p̄para: et que superius ad prandium signauimus obserua. **P**ost cenā ad cellā tuā redire poteris et oracōni vel meditationi insistere: donec signū pulsetur ad collationē. **A**d collationem.

Post cenā audito signo collationis spūalis mox ad eam cū grauitate studeas occurrere: et lectionē diel vltimā cū seruoze spūs audire. **V**erbū enī sancte exhortacōis qd̄ vltimo auditū fuerit: mēti p̄ totā noctē tenacius inherabit. **S**i autē ieiuniū fuerit: collatio inter bibendū obseruari in refectorio cōsueuit. **A**d sacrā igit lectionē in om̄i loco esto intēsus: qm̄ vbi verbū exhortacōis sancte cū attentōnelibenter accipit: non potest fieri quin mens sepius eleuetur.

Ad cōpletoriū.

Quens ad completoriū dñm̄ exora quatenus omnia mundana et carnalia te semp faciat contemnerē: donec; tibi in suo sanctissimo amore fugiter p̄manere: vt cursu p̄sentis vite cōpleto templū dei nō manufactū merearis ingredi: et in eternū cū om̄ibus sanctis in dño letari. **I**n fine autē completorij cū pulsari

signū angelice salutacōnis audieris: beatissimā dei genitricem et virginem mariā humiliter salutabis: vt te sua meritis p noctē custodiat: et pro tua salute apud filium iugiter intercedat.

Post completorium.

In into completorio mox ad cellam regredere: et pmissis orationibus cōsuetis cura te ad recollectionem animi sequentē diligentissime pparare.

De recollectione post cōpletorium. Consideratio .ix.

Quā non possumus in vno statu mentis sancto immobiles om̄ino psistere: necessariū nobis est sanctū ppositū sepius renouare: vt quotiēs p diē errando p deua peccatorū ab vno animi nostri principio summo deo recedimus: rotiens p cōtritionē et cōpunctionem ad illū emendatione firmiter ppositā redeamus. Quinobis sancti patres nostri cōstituerūt recollectionē post cōpletoriū insistere: et nos de negligētis p diem cōmissis examinare: vt sanctitatis ppositū qd̄ satis debile et infirmū nouimus: ad feruorē spūs p cōtinuū recollectionis exercitiū renouemus. Volens igit̄ cenobita noster deuorus se fructuose ⁊ vtili cōtinuatione recolligere: se in quinq; debet principaliter p ordinē examinare.

Primū in recollectione **R**ationis exactio. obseruādū est racōnis exactio: p quā cenobita ante oculos mētis castigandū iubetur reducere: quicqd̄ se in die negligenter aut male vel minus bene meminerit desinquēdo cōmississe. Quersus itaq; ad dñm cōplostis manibus ante lectū iaceat: et tali vel simili modo dicat.

Gratias ago tibi omnipotens et misericors deus p vniuersis beneficijs tuis. que mihi indigno peccatori et nihil penitus merenti. a iuuetute mea vsq; in hāc horā

exhibere dignatus es: quoniam qui nihil boni merui: multa et innumerabilia bonitatis tue dona suscepi. **U**tinam tibi summo et incommutabili bono digne possem gratias agere: utinam in tuo sancto seruitio te puro corde et munda conscientia possem collaudare. **S**ed prohdolor infirmitate. concupiscentia. et mala consuetudine preualentibus. qui tuo sanctissimo amori puro corde et conscientia inherere debui: te multis negligentibus et culpis iterum atque iterum offendi: et quotiens secundum internas bonitatis tue inspirationes ad spiritus feruorem conatus sum surgere: heu me totiens doleo iterum corruisse.

Ace bone iesu quot culpas quot negligentias quot reatus hodie solum incidi: quot vanas quot inuiles quot periculosas in tam paucis horis cogitationes admisi: quot inutilia et nocua verba protuli: quot negligentias et delicta in meis actionibus hoc die perpetravi.

Tu mihi misero qui nec unum quidem breuissimum diem in tuo sanctissimo seruitio perseuerare sine cordis impuritate et negligentia potui: qui tot hodie culpas et imperfectiones varias commisi. **C**onfiteor tue bonitati o misericordissime deus omnia peccata mea que ab ineunte mea etate incidi: ante pedes tuos o dulcissime iesu pono omnes negligentias quas hodie commisi: veniam peto quam non sum dignus accipere: gratiam postulo quam me in vacuum toties fateor accepisse. **A**matissime dei et hominum mediator iesu christe noli me miserum peccatorem despicerere: quem voluisti proprio sanguine comparare. **C**onfiteor tibi omnes negligentias quas hodie quomodolibet incidi: et culpas quas commisi.

Ic cenobita coram domino mente prostratus potiores negligentias ad memoriam reuocet: et veniam humiliter postulans suam imperfectionem deplorat. **M**axime autem recogitat si quem piam verbo vel facto offenderit: si quid contra fratrem dixerit: si contra charitatem et reuerentiam aliquid commiserit: vel si scilicet aliquem male contristauerit. **E**t generaliter in quocumque se contra deum contra seipsum contra prelatum contra

proximū siue regulā vel statuta patrū deliquisse cognouit ad examen huius capituli reuocare studeat: et de secretis in confessione crastina. de publicis et regularibus transgressionib⁹ in primo caplo se accusando expurgare fideliter et ex aīo pponat. **D**oleat de cōmissis: satisfaciat de contritis: caueat de cōmittendis.

¶ Deinde aduertat graue deū offendētis piculū: siue veniale fuerit siue mortale peccatū. **D**icit em̄ iohannes gerson cācellarius parisiensis: in tractatu de spiritali vita. Adeo peccatū etiā veniale ptra deū est qđ ex sua iusticia hoīem p illo posset dānare in eternū. Quod autē homini illud ad dānationē nō imputat: nō de iusticia sed de sua infinita bonitate pcedit. **E**t diuus p̄sul anselmus nos cōmonet: qđ homo p toto mūdo nō debeat minimū peccatū ptra dei voluntatē sciēter cōmittere. **D**icit enī beatissimus pōtifer augustin⁹. Nullū peccatū adeo veniale est: quin mortale fiat dū placet. **D**iceret. Nō potest hec vera esse sentētia: qm̄ si peccatū veniale fuerit: nunq̄ mortale fieri potest. **S**i autē mortale sit: veniale non fuit. **S**ed audi et intellige. **C**ōcedo peccatū veniale scđm suā cōsiderationē mortale nō posse fieri: sed vnū idēq; peccatū qđ potest stare cū charitate. vni ex sola negligentia et infirmitate veniale solū efficitur: alteri quidē ex cōtemptu et auersione dei in eodē peccatū mortale sine dubio q; placet etiā inquantū peccatū est et cōtra deū. merito imputat. **B**eatus ergo qui semp est pauidus: qui autē mentis est durus: corruet in malū. **Q**ui minima peccata cū possit emendare negligit: paulatim in grauora cadit.

¶ Eniūvero quantū omnipotēti deo peccatū displiceat: subsequēs vindicta manifestat. **T**otiens enī peccātes cōtra dñm punitos graulter in sacris voluminibus et gestis trāfacti p̄tis legim⁹: vt merito peccati foueā timeamus.

¶ Quantū et breuissima etiā auersi spūs cogitatio displiceat: nobis pr̄mi angeli casus declarat. **Q**uācto se nāq; contra dñm supbiendo inordinatū exhibuit: proiectus

¶

in infernum fuit.

Quantū vero cōtra dñm sint verba ociosa ⁊ inutilia: in vita scōz patrū de porcis infernalib⁹ inter loquētes inutilia frēs a parētib⁹ historia nos admonet satis maifesta.

Quantū omnipotentē deū verba mala ⁊ pñciosa offendāt in puero quicq; annoz blasphemate patuit: quē diabolus de patris sinu rapiēs viuū. ad infernū vt credit asporz

Quantū vero displiceāt illi facta et negligētia. **T**rauit. gente circa suū officiū: patet in filijs hely negligentibus et minus curantibus sacrificij ritum.

Quantū displiceāt deo etiā bona opa cōtra solitā pmissamq; obedientiā facta. sanctus astion suo nos facto edocuit: qui licet nō contra tñ pter iussum. nō impune aquas solitas portauit. Et de multis alijs similia legimus.

Quantū vero mala facta deū offendāt. cū ex infinitis vt ita dixerim historijs possun⁹ intelligere: paucis exemplis nō opus est probare.

Quam autē cenobita noster in recollectionib⁹ suis deuotus. se pmissis vel quibuslibet alijs negligentijs seu peccatis quantūcūq; grauib⁹ oneratū inuenerit: assumat orationē sibi possibile de pteritis: emēda cōtis. ppositū de futuris firmiter cauendis: et penitentiā de cōmissis. Assumat ergo p silū sup̄dicti cācellarij: et opūctus dicat

Dñe deus me⁹ cōfiteor. **V**eritas. i. ad dñm. tue sanctissime bonitati. qđ sic vel sic cōtra tuā voluntatē peccaui. de quo vehementer doleo: et ob id q te quē totus es bonus offēdi penitentiā humiliter ago.

Dñe deus meus qui omnia nosti: **V**eritas. ij. tu scis q te largiente bonū habeo ppositū: et intendo te adiuuāte me p viribus emendare in futurū. **C**auet autē peccatū p cibis deū. p adiutorio inuocando: penitentiā corpori penitentiā infligendo: fuga. occasionē peccati euitādo. Idcirco. p veritate tercia dicat. **V**eritas. iij.

Dñe deus me⁹ bonā habeo voluntatē. cōfessionē peccatorū meoz faciendi: scđm mādatū tuū et scē ma

tris ecclesie p loco et tpe: ex aīo integraliter sine fictione.

Quisq̄s has tres v̄itates ex sinceritate cordis sine falsitate ore vel mente ad dñm prorulerit: quantumq̄ ante peccauerit iam securus est: si in tali statu etiā sine p̄fessione in absentia sacerdotis decesserit: sic tamen q̄ in purgatorio satisfaciatur: qđ penitendo nō cōpleuit. Qui autē easdē veritates obstāte volūtate peccādi qua actualiter delectatur. aut iniquo p̄posito. quo peccatoꝝ occasiones vitare cōtemnit. ex pura mente veraciter dicere nō potuerit: in statu dānationis est: quē nec papa potest absoluerē.

Cautele future indictio.

Secundū qđ in recollectione sua cenobite obseruandū p̄scribit: indictio future cautele nūcupat. Pena set que fuerint sibi occasiones trāsgressionis p̄terite: et factius se custodiet a piculo future. Nunq̄s enī peccati fouea melius obstruit: q̄ si peccādi occasio vitet. Et diuus bernardus ait. Supueniet siquidē nocti faciēda est indictio: scđm cōmunis instituti regulā sua exercicia distribuēdo. In his om̄e debitū rite p̄soluit: si spūs deo. spiritui caro subijciat: et si qđ fuerit intermissū neglectū vel imperfectū: modo tpe et loco nō maneat irrecompensatum.

Suffragiorū postulatio.

Tercium in recollectione boni cenobite est deuota suffragioꝝ postulatio: qui ppe qui suā infirmitatem optime intelligit: adiutoriu a fortioribus petit. Nos ergo vt recollectionē suam cōpleuerit: se ad sanctā et indiuiduam trinitatē petiturus misericordiā cōuertit: deinde genitricē dei beatissimā inuocat: postea sanctorū omnū p̄ces et auxilia implozat. Et nō solū hic sup̄ius meminit: sed oracōnes p̄ toto ordine et ecclesia fundit.

Ad quietendū benedictio.

Quartū in recollectione est cenobite ad quietendum benedictio: qua se oracōnibus munit: et custodiendū p̄ noctē diuine bonitati cōmittit. Igit̄

¶ ij

ad sonitū signi dormicōnis aut tpe statuto locum quietis
accedens signo scē crucis se munit: et cū deuocōne dicat.

Pater dñi nři iesu christi: meriti **B**enedictio quietis
tū et integritas beate marie sp̄ yginis: signū scē cru
cis: virtus dñice passionis: benedictio custodia et meritū
oīm sanctorū. angelorū. et electorū dei sint inter me et oēs
inimicos meos visibiles et inuisibiles hic et in eternū amē.

Quomodo me hac nocte et oī tpe. **O**ratio
In vulneribus tuis amantissime dñe iesu: et rogo te
p̄ meritū sanctissime passionis tue. miserere mei et custo
di me ab oībus insidijs et illusionibus inimici: vt pura
mente. et mūdo corpe dispositis mihi valeā horis cōsura
gere: et te cū feruore spiritus collaudare.

Pro quiete habenda discretio.

Quintū et vltimū in recollectione cōmemorandū est
p̄ quiete habenda discretio: vt quēadmodū cenobi
ta recollectionē hāc serotinā nunq̄ penitus debet omitte
re: sic etiā nō velit eā in destructionē sui capitis nimīū in
discrete plōngare. **C**ōpletis igit cū discretionē oīb⁹ des
ideriū feruoris in deū cū lacrymis si potest erigat: men
tem nō pfundat. **A**scendēs vero stratū aliqd de passione
dñi vel de amore iesu. aut certe de glā celestis regni in me
morā secū deferat: in quo dormiēs suauiter requiescat.
Dicit nanq̄ bernardus. **I**turus in somnū: se defer aliqd
tecū in memorā vel in cogitacōne in quo placide obdor
mias: qđ nōnunq̄ etiā somniare iuuat: qđ etiā euigilantē
excipiat: et in statū besterne intencōnis restituat. **S**ic tibi
nox sicut dies illuminabit: et nox illuminatio tua erit in
delictis tuis: quaten⁹ placide obdormias: in pace requies
cas: facileq̄ euigilabis: et surgēs facilis eris ad redeun
dū in id vnde nō totus discessisti. **V**erūtamen oībus his
sp̄ est adhibēda discretio: ne aut meditatio nimia somnū
impediēs cerebrū destruat: aut somnus immoderate p̄re
ptus meditationē penitus intermittat. **N**ā haec hora po
tius dormiendū est monacho q̄ meditandū: quaten⁹ tpe

statuto sit ad surgendū disposit⁹: ⁊ ad diuinū officū cū hi
lariatē aī bene ordinar⁹. Affect⁹ em̄ p̄ meditacōnē nimīū
inflāmat⁹ cerebrū ⁊ sensus destruit: ⁊ somnū ab oculis de
biliū tollit. Sit ergo breuis in lecto meditatio: vbi capti
vel p̄ gratiā vel p̄ naturā non adest magna fortitudo.

De labore manuū. ¶ Cōside. ¶

Quoniam sanctissimus pater noster benedictus
in regula. viuentes de laborib⁹ manuū suarū
monachos veros cōmendans felices asserit:
vt post finē diei de hoc sanctissimo exercicio alī
quid diceremus visum nobis cōgruū fuit. Multifarie se
quidē hoc opus cōmendari a sanctis patribus legimus:
in quo illos p̄fecisse corā deo et hominibus nō mediocri-
ter scimus. Dicit em̄ sanctus apostolus. Qui nō laborat
nō manducet. Quid vero de hoc manuali exercicio inter
doctissimos doctorū augustinus senserit: in libro de opere
monachorū lucidēssime ostēdit. Veteres etiā illos sana-
tissimos patres in solitudine morātes operi manuū non
repide insudasse legim⁹: quatenus periculū oclī nō incur-
rerent: et de suis laboribus viuētes exēplo beatissimi do-
ctoris gentiū neminē grauarēt. Utinā et nos fratres hoc
sanctū laborādī exercitiū pari cū illis intentione et benē-
uolētia dignemur assumere: vt post finem laboris nostri
mereamur cū illis sine fine in celesti patriā requiescere.

Quattuor sunt monacho

in labore obseruanda.

Quod catus ad laborē monachus talē se exhibere in
omnibus studeat: vt meritū laboris corporalis p̄
mentis dissolutionē nō amittat. Multos enī in-
ter monachos nō recte ad laborē exire cernim⁹: quos ni-
hil aliud querere q̄ carnis solacia videmus. Ex his non
nulli vt tēpore ieiunij regularis māducandi occasionē ha-
beāt: labores inutiles ⁊ min⁹ necessarios vsurpāt. Labo-

¶ iij

rant enī vt comedāt: vtrū profit vel obfit monasterio non
curāt. Alij vt hinc inde sine freno discipline quasi p occa/
sionē possint discurrere: varios labores cōsueuerūt ordi/
nare. Alij vt vanis locutionibus ⁊ leuitatib⁹ licenter in/
dulgeāt: labores inutiles cenobio pcurant. Alij vt hoīes
(nō dicā) quos, seculares sibi notos et amicos ad carnē
nō ad deū videre ⁊ alloqui quasi p oportunitatē sine suspi/
tione valeant: externos labores amāt. Alij ppter mentis
instabilitatē nō valētes in monasterio quiescere: semp ad
labores vident anhelare. **O**mniū istoz sic laborantiū nō
est sincera intentio: et ideo mercedē laboris optimā nō at/
tingūt. Tu autē frater cū ad laborē vocaris intētionē tuā
regularē institucōni cura submittere: vt nihil aliud q̄s dei
honorē, obedientie meritū et vtilitatē monasterij diligas:
nihil ppter pfectū animi intendas. **E**xistēs autē in labore
noli feruorē spiritus imprudēter extinguere: noli spūalis
cōuersationis exercitiū obmittere: sed quatuor sequentiā
cura diligētē vbiq; obseruare. **I**n exteriori cōuersatione
esto fidelis, seruilis, et beniuolus: in interiori hūilis et de/
uotus: in locutione parcus ⁊ edificator: in moribus cō/
positus et maturus. **S**i quatuor hec in labore seruaueris:
ad cellā melior semp redibis.

Ad extra sit mona-
chus fidelis beniuolus et seruilis.

Primū in labore cenobite diligētē obseruādū est
vt in laborādo fidelē suo monasterio se semp exhibeat:
fratres in seruiēdo ⁊ ministrando seu etiā gra/
uiora portādo ex charitate pueniat: et oibus se verbis et
factis beniuolū ⁊ tractabilē ostendat. **D**icit autē sanctus
amator dei bernardus. **S**erius ⁊ prudēs anim⁹ ad oēm
se cōparat laborē: nec tñ in eo dissoluit: sed p eū magis in
seipm colligit: qui sp̄s habet pre oculis nō tā qd agit: q̄s qd
agendo intēdit. **D**is enī cōsummacōnis intēdit finē: quo
inquātū verius nitit: intantū etiā feruētius et fidelius ma/
nibus opaf: tocius sui corpis sibi, subiiciens seruitutē: in

quo volūtas facit vsum: vsum exercitū: et exercitū vires
subministrat. Deuotus et fidelis cenobita qui deū in ver-
tate diligit: in labore sibi nō parcat: sed cū rāto feruore bi-
laritate et fidelitate operibus manūū sibi impositis con-
suevit insistere: tāq̄ si om̄es in monasterio cōstitutos suo
labore solus cogere et enutrire. Nouit enī prudentissimus
animus totū se deo impendere: quicquid p̄ seruoꝝ eius ne-
cessitate corpali eū cōtingerit laborare. Nā sicut spiritua-
lia sine coopatione tēporaliū nō possunt diu in religione
subsistere: ita ministrantē seruientibus deo necessaria cor-
poris p̄pter deū, seruū dei non dubito appellare. Et ergo
quicquid bonus cenobita suis laboribus monasterio recta
intentione potest acquirere: id totū se sciat dño exhibere.
Verū tamen sic sibi monachus laborandū semp̄ intelli-
gat: vt oracōnes monasticas, missas et cetera sancte ma-
tris ecclesie seruicia nullatenus omittat.

Opus autē manuale curiosum et p̄pria complacētia
susceptū obedientie merito apud in eternū iudicē destitui-
tur: et tanq̄ ociosum, et sine licentia maioris p̄sumptum
rationi obnoxium habetur. Sed bonus cenobita qui solū
deo placere desiderat: in om̄i surreptione ociosi, verbi fan-
cti vel cogitacōnis, illud bernardi apud semetip̄m dicat.
Si modo esses mortuus: faceres ne hoc sic quod nūc agis
cogitas, vel dicis? Quod si nūc mortuus non ageres hoc
quod modo agis, stultissimus es: qui tibi opa mortis in bre-
ui mortuus tam audacter p̄mittis ad mortē. Si autē
bene mori cū sit necesse desideras: quod non faceres si mors
tam adesset nullo tempore agas. Quicquid enī nūc feceris:
post mortē siue bonū sit siue malū inuenies.

Ad intra sit monachus

humilis et deuotus.

Quādo monachus tēpore laboris ad intra de-
bet esse deuotus et humilis: quoniam si profectum
interni seruoꝝ deserit: nihil iuvat quod p̄ labore

¶ uij

exterius acquirat. Ut ergo in laborando animus veraciter
perficiat: gradus bone voluntatis in prima regione consecru
ptos ad memoriã septi⁹ reducat. Meditacões de passio
ne dñi scdm feruorẽ deuocõis ordinet: in quib⁹ labores
suos p possibilitate christi laborib⁹ cõformet. Sit in cor
de semp p abnegationẽ sui humilis. sit in affectu p feruorẽ
sancte cõpunctionis deuotus: quatenus labor manuũ ex
terius ad pfectũ et vtilitatẽ cõmunitatis pfiat: ⁊ mens
ab iterna dulcedine diuini amoris nõ recedat. Si labor
fatigat operantẽ cenobitã. si estus vrit si importune sitis
opprimat: recogitet q̃stos labores dñs iesus p nobis su
stinuit: et oĩa leu⁹ portabit. Orãs itaq; dicat ad dñm.

O Dulcissime et amãtissime **O**ratio laborãtis.
dñe iesu rex celi et terre. qui p mea redẽpcõne natus
de purissima ygine maria triginta tribus annis inter ho
mines deus et hõ puerfatus es: q̃ magnos in ambulãdo
docendo et p̃dicando labores habuisti: q̃ p me sicim. esu
riem. estũ et frigus volũtarie et patienter sustinuisti. p qui
bus omnibus tibi gratias ago. Suscipe obsecro tantillos
labores meos quãtis inutiles quos tue sanctissime ma
iestati humiliter offero in memoriã et honorẽ oim laborũ
tuorũ ⁊ sanctissime passionis tue: et placeãt tibi in vnione
illa qua deo p̃ri sanctissimi labores tui placuerũt Amen.

Reuoluat autem cenobita noster sub labore si tempus
pmiserit principales articulos dñice passionis. primum
eos quasi christo in passione p̃sente cõmemorãdo: deinde
ad genua gratias agendo: tercio secundũ eorũ similitudinẽ
misericordiã in ip̃is postulando.

Cõuersationes quoq; sanctorũ patrũ aut martyrum
passiones ad memoriã reuocet: et quantã nũc mercedem
et gloriã p suis laboribus p̃cipiant in patria penset.

In locutione sit monachus

O parcus et edificatorius
Arcium qd obseruandũ monacho in labore p̃d

pitur: est vt pauca et edificatoria loquatur. **D**icit enī scrip-
tura. **I**n multiloquio nō deerit peccatū. **N**unq̄ loquat̄
sine licentia monachus: si veraciter desiderat esse bonus.
Habita vero licētia loquēdi nō loquatur nisi pauca et vti-
lia: sciens s̄ba ociosa et scurrilia p̄ regulā in om̄i loco esse
damnata. **T**alem sibi loquendi modum in omni loco et
tpe p̄ circūspectiōē instituat: vt loquēdo neminē offēdat
Audiat libentius q̄s libeat loqui: nec oīa dicat que mēs
suggerit: si stultorū impropriū ptimescat. **S**ic etenī hugo
dicit ad monachū. **N**ō omnia que scis effundas. quasi
vas sine operculo. qđ statim vt inclinā effundit quicqđ
in se cōtinet. et omni puluere et immūdicie patet. **D**iligen-
ter caue ne vnq̄s directe vel indirecte gloriā tuā videaris
querere: nec alicui qđ in te cōmendabile later animo glo-
riandi. vel alias imprudenter reuelare. **S**i tu taces de te
ip̄o et abscondis: amplius placebis: si tu prodis et cōmen-
das teip̄m vilescēs coram om̄ibus et irrideberis. **V**erba
ociosa caue: quia dū nō aduertim⁹ talia: dilabimur pau-
latim ad noctua: ex quibus generātur vel turbacōnes vel
dissolucōes: vel p̄scientie graues corrosiones. **T**alis esto
in cōuersatione tua interiori: vt amore spūalis meditatio-
nis. te semp plus delectet silenciū q̄s loquacitas.

In moribus sit renobita

compositus et maturus.

Quarto monachus tā in labore q̄s extra in om̄i lo-
co mores suos iubetur cōponere: et se in om̄ib⁹
et factis et verbis corā hoībus maturū exhibere
Sit in corde mūdus et humilis: sit in sermone benignus
et utilis: sit in cōuersatione modestus et grauis: sit in cōuersatione
tota maturus et exemplaris. **T**otus autē homo facile ad
normā discipline cōponit: si conatus p̄ficiendi in aīo om̄i
tpe firmus habeatur. **E**nimvero dum monachus profi-
cere quotidie ad meliora desiderat: om̄ne dissolutionē et
inordinatā cōuersationem vitat. **C**onatus nāq̄s firmus

proficiendi hoc habet propriū: vt animū conantis valde reddat in omnibus circūspectū. Qui autē firmū conatū in melius pficiendi nō habet. veraciter nō potest dici cōpositus: quāuis hoibus videatur esse maturus. Cito enim maturitas ficta in apertā dissolutionē mentis resoluit: vbi radicē discipline timor dei nō habet. Ut ergo cenobita noster intus ⁊ extra semp valeat esse cōpositus: studeat in timore dñi veraciter esse radicans. Qui enī timet deū: nihil negligit. Et amor dei nō est ociosus.

Qualis debeat esse cōuersatio

monachi ad
alios hoies.

Consideratio. xi.

Quoniam vero de maturitate et cōpositione monachi corā hoibus seruanda dicere cepimus: vtile nobis videt̃ vt quēadmodū se exhibere singulis debeat nūc breuiter dicamus. Aliter enī se plato suo exhibere p̃cipitur: atq; aliter cōfratribus suis et secularibus se ostendere iubetur. Rectori nāq; vice christi debet exhibere reuerentiā: confratri charitatem: iniuriantibus mansuetudinē: secularibus modestā pietatem. Reddat itaq; monachus vnicuiq; qd suū est: et erit corā deo ⁊ hominibus veraciter cōpositus. Quid debeat deo. quid se sibi metip̃i superius est sufficienter dictū: nūc p̃posita nobis prosequamur.

Sit cōuersatio reuerentialis erga prelatum vice christi.

Primo cōuersatio monachi debet esse reuerentialis ad prelatum: dicēte in sacro euangelio domino. Qui vos audit me audit: et q̃ vos spernit me spernit. Monachus enī q̃ obedientiā ⁊ reuerentiā ab bati suo debitā subtrahit: omnipotenti deo iniuriā facit. Nam sicut pater noster sanctissimus in regula loquit̃: abbas vices christi gerere in monasterio cōprobat. Quis

quis ergo regis alicuius vicariū despicit: regē ipm pcuta
dubio contemnit. **S**ed dic mihi bonefrater quare debis
tam reuerentiā prelato tuo subtrahis: quem christi vica-
rium audis? **F**orsitan malū et tali officio penitus indig-
num existimas: et propterea licere tibi eum contemnes-
re putas? **N**on sic frater nō sic: sed considera cuius sit lo-
cus in quo christi vicarius p̄sident: et mittentē te honoran-
re noueris nō missum. **S**i vis christi esse discipulus. cōsi-
dera semp ad quid ueneris: et nunquā prelato etiā indi-
gno reuerentiā negabis. **A**d quid enim uenisti? **U**tique ut
te secundum euangeliū ⁊ regulam propter deū abnegeas:
ut sub alterius imperio christo milites: ut mercedem pro
his eternā cum patientia expectes. **N**oli ergo frater nolī
coronam eterne felicitatis tibi paratam in celis propter
vnius hominis displicentiā amittere: quam nō deberes
p̄ toto mūdo cōmutare. **M**emento qđ nihil habes nisi a
deo cui totū debes quod es et quod scis: ut voluntatem
eius impleas: et secundū eius ordinationē uiuas. **S**ed
cū non confidas te voluntatē dei posse intelligere: rectori
tuo tāq̄ vicario eius cui te subdidisti debes hūiliter obei-
re: neq; vitā ipsius neq; imperiū debes discutere: cū tibi
non liceat pastore iudicare. **I**n tua siquidē professione vo-
luntatem propriā iurasti nō debere p̄scere: sed abbati seu-
cundū regulā uelle in om̄ibus obedire. **A**bbas ergo vol-
untatis tue dñs est: nō sua assumptione. sed ordinatione
dei cuius et vicarius est. **R**ei autē aliene contrectatio
domino inuito furtum est: et scis quod fures partem nō
habebūt in regno christi et dei. **M**onachus itaq; regu-
lariter deo et suo abbati professus. voluntatis pprie iam
deinceps non habet dñm: qui si eandē voluntatē suā pon-
stea sibi usurpauerit: furtū et sacrilegiū cōmittit. **N**ec sal-
uabit p̄sumptorē impetrata licētia: si minis et cōtumelijs
fuerit impetrata. **A**bbas tuus o frater dei vicari⁹ est: cui
obediētiā p̄missā nō ut hoī sed tāq̄ deo debes impēda-

re: et hūilem reuerentiā loco dei exhibere. Quicquid enim rectori a subditis impendit: ad deū cuius vicarius est. pcul dubio refert. Cū ergo plato tuo te propter deū solū et ob nullā aliā causam subieceris: talē te omni tpe erga eū exhibere studeas: vt te libere facere vel dimittere quicquid ei videtur expedire. iubere valeat: et nullas animi tui insolentias vel turbaciones oīno pimescat. Nā si abbas tuus te monachū suū timere cōpellitur: equitatis ordo violat: et vbi esse sup magistrū discipulus nitit: in euangeliū peccat. Caue igit ne platis reuerentiā et honorē subtrahas: caue ne illos tristitudo dñm offendas: sed cura eis qualescūq; sint reuerenter occurrere: et eorū mandatis scdm euangeliū et regulā in omnibus obedire. Crede mihi frater quoniam culpa que in platu a subdito comittitur: aut in p̄sentī vita. aut in futura grauissime punitur. Scriptū est enī. Nolite tangere christos meos. Quicquid tibi platus tuus p̄ceperit tali confidentia debes suscipere: vt credas deum illud sibi iussisse.

Sit monachi cōuersatio

charitatiua ad fratres.

Quādo cōuersatio monachi erga cōfratres charitatem habere p̄cipitur: p quā solam pax et concordia in monasterio habetur. Cogitet semp et in corde suo reuoluat cenobita noster fidelis cōmunē animarū in eterna felicitate leticiam: et oculū mentis iugiter in cōditionē animorū equalem dirigat: vt ab amore futuri consortij cogitatio nō recedat. Si frater te verbo aut facto quomodolibet offenderit: si tibi in aliquo molestus vel aduersari⁹ fuerit: noli motū sensualitatis inordinatū ex eo ppendere: noli p̄sentē eius infirmitatē cōsiderare: sed mentis tue oculos ad aīe ip̄i⁹ nobilitatē subleua: et quale sit tecū habitura eterne felicitatis p̄fortiū pensa. Ad hoc regule caplm de bono zelo monachorū sepi⁹ ad memoriā debes reducere: vt facili⁹ ad fraternā charitatē temeripm

valeas excitare. Ante omnia caue ne displicentiā contra fratrem tuū admiseris: quā qui primo suo frequenter irascitur: deū nō amare manifeste cōprobat. Quisq̄s enī deū ex toto corde suo diligit: displicentiā cōtra fratrem suū fideliem non admittit. In tanta vero mentis elevatione modicus debet cōstitui: ut quicquid frater in eū cōmiserit, aīe illius naturā pensando nō possit cōmoueri.

Sit cōuersatio monachi

ad iniuriatores mansueta.

Tercio monachi cōuersatio ad iniuriatores debet esse mansueta: quōd tunc demū bene agitur: si respectus cōmunis future felicitatis et consortij semp̄ habeatur. Ad hanc animi mansuetudinē cōsequendam cenobita nō cōuersatiōnes sanctorū patrū ad mentē crebrius discat reducere: et cum quāta leticia susceperint iniurias fideliter cogitare. Studeat in primis imitari quātū possibile est. saluatore nostrū dñm iesum christū. q̄ nō solū iniurias et cōtumelias impiorū māsuētissimo corde sustinuit: sed etiā patrē p̄ suis p̄secutoribus exorauit ut nō perirēt. Hoc saluatoris exemplū sancti patres imitantes iniurias patienter et mansuete solebāt p̄ dei amore suscipere: et ipsos iniuriatores quōd est amplius amare. Ad hec cenobita gradus māsuētudinis ad mentē reuocet: q̄ his versibus breuiter inclusi cōtinentur. **A**pta. conforta. mitis cōtraria porta. **S**erua. compesce. tecū penitus re-quietesce. **C**orripe prudenter. clemēs sis. da sapienter. **O**ra ponendo te. martyriū cupiendo. **H**umilitas enī si mentē cenobite possederit: iniurias amare facit. **G**radus vero humilitatis his versibus cōtinentur.

Duodecim gradus hūilitatis.

Iustorum graduū primus timet omnipotentem.

Illecebris carnis submittit frena secundus.

Tercius abbati supponit se reuerenter.

Conuicijs spreis quartus patienter obedlt.
Abbatl referat quintus petralia cordis.
Uilis et indignus constat se iudice sextus.
Cunctis se credit fore septimus inferiorem.
Nil facit octauus quod nō fert regula celle.
Non loquitur nonns dum nō interrogat alter.
Proscribit risum denus. damnatq; cachinnū.
Undecimus loquitur rationis pauca uerba.
Spectat humū semp duodenus uertice flexo.

C De eisdem aliter.

Terne deum. nec uelle tuū fac. teregat alter.
Dura feras. nil corde tegas. sed et infima queras.
Esto peripsema. soliuagus non. obstrue linguā.
Risus parcus. sermo grauis. gestus humiles sint.
C Nota. Peripsema legi et scribi debet. nō peripsima
sicut imperiti legūt in epistola ad Romanos: et dicitur
limatura et omnū rerū purgatio.

Sit cōuersatio monachi

ad seculares modesta.

Quarto cōuersatio monachi ad seculares debet
esse modesta: ut nec familiaritas cū eis sit nimia
nec elōgatio indiscreta. Hinc hugo dicit. Circa
hoies quātū in te est caue omē qđ potest eis nō bonū esse
exemplū: sicut decet seruū dei fidelem honorē dñi sui in
omnibus pmouere. et inhonoratiōē eius cauere. Nec fa
miliaris sis cuiuscūq; femine: etiā sancte. Nā si discrete sunt
ex hoc magis placebis: si uero importune fuerit amplius
sunt fugiēde. Nō sis suspiciosus. Esto infirmis obsequio
sus in obsequijs humilibus: esto uerax ualde in uerbis:
sint p̄ba tua quasi iuramētū: et edificabis alios. Paup̄a
rē ama. Sis castus in omnibus: et ubiq; timoratus.

In omnibus autē uirtutibus et bonis moribus fundā
dis. pone tibi illō clarissimū ac p̄fectissimū tocū clarita
tis exemplū. uite et cōuersationis dñi n̄i iesu christi: qđ ad

hoc de celo missus est ut nos p̄iret in v̄sa virtutū: et erua-
dret nos suo exēplo sicut semetip̄m. Quāto ergo se mon-
achus in v̄sa virtutū huic cōformare p̄ imitationē cura-
uerit: tāto illi in gl̄a eterne felicitatis p̄cudubio similior
et p̄p̄inquier erit. Quicquid agis. semp̄ in eū respice: et quē
admodū se habuerit in omnibus sc̄dm̄ euāgelii z tuā estu-
mationē vide. Quē enī sit optim⁹: optime se in oibus gere-
bat. Dicit ergo ad teip̄m. Si dñs meus iesus adesset: quid
putas faceret ad hoc. vel quid iā diceret? Certe optime et fa-
ceret z loqueret: quē me in oib⁹ oportet p̄ virib⁹ imitari.

Conclusio generalis omniū

exercitiorū spiritualiū.

¶ Consideratio. xij. 1

Quāto tandem aliquā huic operi finē imponere:
dicimus cōplementū oīm exercitiorū spiritualiū
in duobus cōsistere. Primo in cognitōe z senten-
tiā impfectionis p̄p̄ie: ut monachus infirmitatis sue
sep̄ sit cōsciens: et in hūilitate p̄maneat radicatus. Sc̄do
in desiderio z conamine veniēdi ad cōuersationē altiorē:
ut p̄ficere semp̄ ad meliora in spiritu cupiat: et ab hoc co-
nato minime recedat. Ad hūc vero p̄ficiēdi conatum
quilibet cenobita mentē suā omni mōmēto debet extende-
re: quē si aliquādo intermiserit: voti transgressionē et aie
sue periculū grauissimū incurrit. Caueat autē monachus
ne cōsideratio p̄p̄ie infirmitatis. conatū p̄ficiēdi abijciat:
caueat ne conatus ip̄e cōsiderationē impfectionis cōtem-
nat: sed hec ambo sic mutuo sibi cohereāt: ut nūq̄ ab inu-
icē recedāt. Quod si p̄p̄ie impfectionis nimia cōsideratio
mentē in desperationē deiicere tentauerit: reuocet ad me-
moriā illō quō sanct⁹ abbas bernardus dixit. Respirē⁹
inquit fratres: quoniam etsi nihil sum⁹ in cordibus nr̄is: forsitan
in corde dei potest aliqd̄ latere in nobis. De due cōsidera-
cōnes infirmitatis nr̄e et estimacōis diuine magnā in no-
bis deuocōnē excitāt: sic psalmista dicebat. Ego sū paup̄
et dolēs. ecce prima: salus tua de⁹ suscepit me. ecce sc̄da.

I Denique necessarium est volenti se in his exercitijs spiritalibus utiliter occupare, habere cor iocundum et liberum: et ab omni anxietate vel curis seculi alienum. Spiritus enim sanctus libertatis et gaudij spiritus est: cor liberum et in deo iocundum diligit: et ut ita dixerim suo simili a Platone dicitur. Nam sicut avis ligata in terris se ad celum volando non potest sustollere: sic mens caducis occupata se ad celestia non potest eleuare. Nec oportet spiritum nimia frequentatione deijcere: alioquin et cerebrum confunditur: et arida consuetudine inuani laboratur. Discat ergo cenobita in spiritu seruens his cum moderamine semper insistere: et causam omnis exercitij in deum qui principium et finis est totius bonitatis per intentionem iugiter referre. Conatum suum ad illuminationem et amorem fideliter dirigat: et mentem in profunda humilitate figat, quoniam non facile a deo derelinquitur: qui in amore radicatur.

Finis adest exercitij spiritualis claustralium per Petrum Fridbergensem in nobili vrbe Maguntina Octauo Idus Augustias. Anno salutis. M. cccc. xcviij.